

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abstinencia y cum fonte primo

Corda in cythara si minus tenditur non sonat,
si amplius raucum sonat quia nimirum

tanto quisque sibimet debet moderamine
preesse, ut ad culpam caro non superbiat
et tamen ad effectum rectitudinis
in operacione subsistat.

Gregorius XX. moralium super illud: Versa est
in luctum cythara mea.

Pensandum quoque est quod
chorda in cithara si minus tenditur, non sonat;
si amplius, raucum sonat quia nimirum
uirtus abstinentiae aut omnino nulla est,
si tantum quisque corpus non edomat
quantum ualeat; aut ualde inordinata est,
si corpus atterit plus quam ualeat.
Per abstinentiam quippe carnis uitia sunt
extinguenda, non caro; et
tanto quisque sibimet debet moderamine
praeesse, ut et ad culpam caro non superbiat,
et tamen ad effectum rectitudinis
in operatione subsistat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20.41
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1061, ll.12-
20).